

Cap.59.

A V G U S T I N U S

mortem transfundi, ineptè & falso contendorent.
Sed hi nostri elutriatores non de hominum ani-
mis: sed de ipsis diuinis Personis commenta sua
finixerunt, inuexeruntque. Atque eo ipso peior est
& grauior hic error.

2 In Patre Filium.) Triplex erroris caput. **I**
Filiū in Patre tanquam vas minus in maiore esse
& contineri, vt Christi sententia, Ego sum in Pa-
tre, locum habeat. Atqui hoc propter vnam ean-
démque Patris & Filii essentiam dictum est, non
quod corporali quodā sitū vel complexu vna per-
sona alteram ambiat, constringat, tangat & am-
pleteatur. Quod de Deo sentire ridiculum est. **2**
Deum esse corporeum, & corporali sitū modóque
~~κεῖσθαι~~ & habere suum ubi, in quo est. Hoc ex An-
thropomorphitis translatitiū est. **3** Caput, quod
ex duobus his superioribus necessariò consequi-
tur, nimirū in diuina essentia aliquid esse seipsa
maius, aliquid etiam minus, quod est prorsus ab-
surdum & ~~ασύστατον~~. Maius quidem, vt Pater: mi-
nus autem, vt Filius: contra quem errorem acer-
rimè verissimèque disputauit iampridem vir Dei
Athanasius Alexandrinus episcopus. Et hæc qui-
dem de vipera ista minimoque serpente, sed tamē
nocentissimo. Tanti est nimirū cùm de Deo co-
gitamus, à rebus corporeis ad cœlestes animum
mentemque traducere.

C A P . L I X .

Seleuciani vel Hermiani cur sic dicti. **Erro-**
ris autem eorum capita. **septem.**
iii. v.

Selen-